



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Magia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

titur. In quibus illud vniuersaliter est aduertendum, quòd interdum simul cum hoc peccato contra Religionem possunt, ratione materiæ, alia coniungi contra Iustitiam, contra Temperantiam, & alias Virtutes. Sed hic consideramus illud præcisè, vt est contra Religionem.

De Magia.

6 **Q**uamuis ergo varij variè distinguere soleant has species superstitionis; commodè tamen mihi videtur diuidi posse modo sequenti: vt prima eius species sit Magia propriè dicta, prout ab alijs distinguitur. Est autè Magia quædam ars fallæ, à dæmone tradita, ad finem faciendi effectus aliquos mirabiles, & veluti miraculosos, & extraordinarios, opera dæmonis: quos effectus, si non excedant potestatem, & virtutem dæmonis; potest dæmon facere, Deo permittente: si verò excedunt; tunc dæmon mentitur, vel decipit illud, vel dæmon...
 dendo sensus humanos: non enim dæmon potest facere vera miracula. Quo-
 tiel-

tiſcumque ergo aliquis hanc artem exercet, ſaltem implicite; habet pactum cum dæmone, & illum colit, & ſic peccat contra Religionem ex hoc capite, & eſt ſuſpectus de hæreſi, vel de apoſtaſia: ſolet enim dæmon hæc exigere à ſuis diſcipulis. De Magia agunt *Suaris* loc. cit. à cap. 15. *Fillius*. loc. cit. cap. 7. *Tolet.* loc. cit.

De Diuinatione.

7 **A**lia ſpecies huius falſi cultus conſiſtit in Diuinatione, quæ eſt ſecunda ſpecies Superſtitionis. Eſt autem Diuinationis, prout ſumitur à Caſiſtis, cum quis ope dæmonis, & arte illicita ab eodem tradita, vult ſcire ea, quæ naturaliter ſcire non poteſt, ſiue abſolute, ſiue hic, & nunc: & ſic etiam includitur pactum, ſaltem implicitum cum dæmone, & eius cultus. Quæ occulta aliquando dæmon verè ſcire poteſt: quod ſi non poteſt; mentitur, & decipit: & quia hæc ars diuinandi varijs modis, & veluti medijs fieri ſolet; hinc ex diuerſitate mediorum ſortita, eſt varia nomina:

na: